8.]

1978
M
493

VIRO
ILLUSTRI, CONSULTISSIMO,
AMPLISSIMO,

JOANNI HENRICO KRATZENSTEIN,

JURIS VTRIUSQUE DOCTORI,
SERENISSIMO DUCI BRUNSVICENSIUM
ET LUNEBURGENSIUM A CONSILIIS
AULAE, COENOB. MARIENBERG.
PRAEPOSITO,

AUSPICATISSIMAS NUPTIAS

GRATULATUR

ANDR. HENR. KRATZENSTEIN,

ART. LIB. CULT. IN COENOB. BERGENS.

D. XV. APRIL. MDCCLXXVII.

UNIV. U. LANDESBIBLIOTHEK HALLE (SAALE)
Kapsel 78 M 493 (8)
X 3047 893
AK
1777

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-725355-p0001-5

Tanta TUA, VIR OMNI PIETATIS CULTU VENERANDE, in me exſtant merita, tanta ſemper TUA in me fuit benevolentia, vt ingratiſſimus viderer, niſi quidquid TIBI beneficio Dei ter optimi maximi obtingit, id animum meum eximia laetitia afficeret. Quare non poſſum,

quin

quin TIBI de hodierno die ex animo gratuler; quo feliciſſimum coniugii TUI vinculum nectitur, cum quo ſimul cuncta quae ex arctiſſimo vitae commercio proficiſcuntur gaudia initium capiunt. Etſi nunquam dubitavi, quin virtutes, quae in TE ſummae ſunt, ampliſſima praemia ſint conſecuturae; incredibili tamen laetitia ſum affectus, ex quo accepi TE a Deo ter optimo maximo praeclariſſimo munere eſſe ornatum. Cum video TE lectiſſima uxore cuniunctum, jamjam praecipio gaudia, quae ad TE ex illius virtutibus redundant; videre mihi videor amicos frequenti numero TE circumſtantes, ovantes, omnis generis proſperitatem TIBI apprecantes. Vtinam praeſens inter eos nuptiarum diem mihi optatiſſimum et vere mihi feſtum celebrare poſſim, et verbis gratum animum ob beneficia in me collata, lacrimis, laetitiae meae teſtibus, declarare mihi liceat. Sed quoniam id mihi fortuna negavit, tamen, ne officium meum negligentia videatur praetermiſſum, his litterulis me TUAE benevolentiae memorem praeſtare volui. Summam TIBI a Deo et coniugi TUAE praeſtantiſſimae felicitatem apprecor, per longam annorum ſeriem interrupta maneat ea, qua hodie fruimini, laetitia atque felicitas. Hodierni diei memoria vobis jamjam caneſcentibus laeta

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-725355-p0003-6

laeta ſit atque periucunda. Hoc die, quem fauſtiſſimum TIBI putas, faciles TE precibus meis aures daturum ſperans oro atque obſecro TE, ut ea ſis in poſterum in me benevolentia qua ſemper fuiſti. Quantum in me eſt efficiam, ne amorem TUUM homini, ne dicam TUO nomine indigno tribuiſſe putes. Vale.

VD18

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-725355-p0004-1

8.1
1978 M 493

VIRO

…RI, CONSULTISSIMO,

AMPLISSIMO,

…NI HENRICO
…ATZENSTEIN,

…TRIUSQUE DOCTORI,

…O DUCI BRUNSVICENSIUM
…BURGENSIUM A CONSILIIS
…, COENOB. MARIENBERG.
PRAEPOSITO,

…ATISSIMAS NUPTIAS

GRATULATUR

…NR. KRATZENSTEIN,

…B. CULT. IN COENOB. BERGENS.

…XV. APRIL. MDCCLXXVII.

Kapsel 78M 493(8)
X3047893
AK
1777
Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-725355-p0005-7